



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

38. An votum castitatis, vel religionis factum ab eo, cui salubrius est  
matrimonium ob suam incontinentiam, sit validum? Idem est de voente  
non nubendi. Et an talis absque ulla Pontifícis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

# De Voto, & Iuram. &c. Ref. XXXVII. &c. 63

Et tandem queritur, quot annorum senex intelligatur, ut pro absolutione obtinenda Romanum Pontificem ad nullatenus constringatur, sed illam possit a suo Episcopo rationabiliter impetrare: Ex part. 9. tract. 8. & Mifc. 3. Ref. 2.

§. 1. **A**ffirmatiue responderet Fagundez in *Decal.* Tom. 1. praecepi. 2. lib. 1. capi. 29. numer. 9. vbi sic ait: [i]s, qui habet votum Religionis, si senex factus fuerit sexagenarius, non tenetur ad votum, vt est communis sententia: cum enim senectus ipsa per se sit mortibus, sicut habens impedimentum morbi perpetuum post votum superueniens, non tenetur ad votum Religionis, sed liber ab illo manet, vt docet Sanchez tom. 1. Decalog. lib. 4. quæst. 16. n. 3. & *Sotus* ib. 7. de iug. quæst. 2. art. 1. ad 3. & *Aragonius*. 2. 2. quæst. 88. art. 3. ita qui in senectutem incidit, liber erit a voti obligatione de ingredienda Religione. Ac proinde si quis voverit, vel iurauerit, se ingrediuntum Religionem, si castitatem non seruauerit, non obligabitur ad ingrediendam Religionem, si in senectute contra castitatem peccet, cum tamen conditio posita fuerit, si quidem, cum sit negativa, vñque ad mortem ponit possit, ac proinde votum confirmari videatur. Respondetur primum, per accidens istum tunc non teneri ad ingressum Religionis, cum, moraliter loquendo, in etate non soleant homines ad illam esse habiles, nisi tanta esset viri autoritas, vt non obstante ea senectute indicaretur valde Religioni vtilis. Respondeatur secundum, illud tempus futurum vñque ad mortem in eocasu intelligendum esse mortaliter, idest, vñque ad tempus habile ingressus Religionis. Cum igitur sexagenarius non sit in tempore ad Religionis ingressum requisito, pro mortuo reputatur respectu talis voti.] Ita Fagundez.

2. Nota vero, quod si post sexagesimum annum emiserit votum, tenetur adimplerem, cum eo impedimento se obligavit: quapropter nisi supertemperie maior, & notabilis debilitas, ratione etatis, quam illa, que tempore voti aderat, minimè a voto excusabitur, ut in casu simili de voto icuamandi dixit Narbona in *Annalibus iuriis*, an. 60. quæst. 2. n. 9, qui etiam ex hac doctrina, me citato, colligit quæst. 8. n. 2. senem sexagenarius non esse ad tritemus damnandum. Et merito quidem nam, vt author est Ioannes de Platea in *I. Cum in num. 1. vers. Vtinò nota. C. de his, cui non impli- tis si pendit*, lib. 10. quoad arma, & militiam id est sexagenarii senes dicuntur, quia haec etate iam vires non suppetunt ergo eadem ratione, etiam quoad tritemum pcam, qui in predicta etate existunt, senes diuidicari debent.

3. Ex his etiam colligitor decisio alterius questionis, nam *supra* fatus firmauimus, certum est, Episcopum posse a quocumque excommunicationis vinculo, quomodolibet, etiam in Bulla Cena Domini, Papa refutata, absoluere, quoties excommunicatis instas haberent excusationes, quibus ab itinere rationabiliter excusat, ita quod, sine periculo, Apostolico se nequeat conspectu presentare, vt in Pontificali respectu continetur, in cap. De cetero 11. & in cap. Quod de bis 26. cap. Ea no. 14. cap. Quamvis 58. de sententia excommunicar. Et inter reliquias excusationis causas, quibus excommunicatione innodatus ab obligatione Pontificem adeundi iuriis constitutione eximitur, etatis fragilitatem, aut impietatem, aut seniorum recensent: habetur enim in iure ratio etatis quoad iter facendum, l. Continuus 137. 5. Cum ita sit pulsus sum de verbis obligari.

4. Hoc supposito, queritur, quot annorum senex, quoad huiusmodi excusationem, intelligatur? Quidam indicio Episcopi relinquendum affirmant, ut ipse persona qualitate inspecta arbitretur, an tale iter pericu-

losè aggredi possit, vel non. Huius sententiae fuit Barbosa in *olellanea ad cap. Si quis fraudente, quæst. 4.* Alij vero maiorem septuagenario hoc beneficio vt debere id est existimant, quia haec sola etas excusatio quem parit numerum personalium, l. fin. C. *Qui erates lib. 10.* quare & ab itinere excusari debere scribunt, cum reta ratione personale munus dici queat. In quam sententiam inclinare videtur Stephan. Gratianus discept. forensis, tom. 1. cap. 80. 3. n. 0. & antea Titaquellus de iure primogenit. in prefatione, n. 2. 1. ubi & illam rationem perficit, quia senes excusantur a longis itineribus. Veritanter hec Interpretatio traditio minime defudi potest, cum eximius itineris labor, quod frangatur, qui tam immensum iter aggreditur, merito in causa esse debet, vt sexagenario tantundem hoc privilegium impartiantur, licet in huiusmodi etate nonnullis robur & optima membrorum expeditio contingat, haec adeo laetitudini, & infirmitati existi obnoxia, vt vix sine labore, & periculo, nedum via perfici, verum neque profici sci valent, id est secundum Innocentium, Sylvestrum & alios optimè resoluti Sayrus in *Thebauro casuum conscientib. 3. cap. 28. n. 21.* sexaginta annos habentem senem reputari, ut pro absolutione obtinenda Romanum Pontificem adire nullatenus constringatur, sed illam possit a suo Episcopo rationabiliter impetrare. Et ita etiam docet Narbona loco citato, q. 12. n. 5.

## RESOL. XXXVII.

*An votum castitatis, vel non nobendi factum à proclavi in venerem valeat?*

*Ei in tali caſu, an possit Episcopus dispensare, quia rale votum alternarium est?*

*Et quid, si votum non obliget praescio ad materiam reservatam & votum electione, sed quia pars dispositio non reservata est impossibilis, potestne in tali caſu Episcopus dispensare? Ex part. 4. tr. 4. & Mifc. Ref. 102.*

§. 1. **H**ic casus frequenter potest accidere, & <sup>Sup. hoc in</sup> Homobonus de Bonis in *consultari. moral. Ref. seq. in* vol. 1. part. 1. respons. 28. putat probabilem esse sententiam tale votum inutilidum esse, cum ab eo sit factum cui ob inconvenientiam, & in carnis peccatum lapsum matrimonium salubrissit; sed tu cogita. <sup>Sup. hoc in</sup> Ego puto debere illum petere dispensationem ab Episcopo, <sup>tom. 4. tr. 3.</sup> quam concedere potest, quia hoc votum alternarium est, scilicet vel castitatis teruanda, vel non nobendi, super quod Episcopus dispensare potest, ut ex Suarez, Azorio, Leflio, & aliis docet idem Homobonus *vbi supra*.

2. Sed quod, si votum non obliget praescio ad materiam reservatam ex votentis electione, sed quia pars dispositio non reservata est redditam impossibilis, potestne Episcopus in casu dispensare? Respondetur affirmatio, quia id votum per se & natura sua nunquam obligavit ad partem reservatam, sed praescio obligatio ad illam conlurgit per accidens ex solo facto, ratione impossibilitatis materiae. Ita Suarez de Relig. 10. 2. lib. 6. de 2010. c. 24. n. 4. & Sanchez in summ. tom. 1. lib. 4. c. 40. n. 44.

## RESOL. XXXVIII.

*An votum Castitatis, vel Religionis factum ab eo, cui salubrissit, matrimonium ob suam incontinentiam sit validum?*

*Idem est de votente non nobendi.*

*Et an talis absque villa Pontificis dispensatione possit matrimonium inire?*

F 2 Et

*Et inferioris opinionem speculatiū probabilem, se probabilem eriam prædictio.*  
*Et an in casu magna necessitatis possit Episcopus dispensare in voto Religionis, aut castitatis perpetua?*  
*Et in textu huius Religionis aliqui casus adducuntur pro prædicta difficultate.*  
*Et notatur, quod doctrina huius questionis non extenditur ad Regulares, qui non possum vi suorum privilegiorum in tali casu magna necessitatis dispensare. Ex part. 10. tr. 11. & Misc. 1. Ref. 47.*

*Hoc in  
Ref. 1. p. 1.  
ta §. 1. in  
principio.*

*¶ 1. Casus frequenter potest accidere: & ad illum sic respondet Trullench in Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 5. n. 18. Invalidum videtur votum Castitatis, vel Religionis, vel non nubendi factum ab eo, cui salubrissimum matrimonium ob incontinentiam, & lapsum in res venientes. Ita Petrus Ledefina, tract. 10. cap. 2. dub. 5. tom. 2. & Bonacina tom. 2. disp. 4. quæst. 2. pumpl. 1. n. 26. quia hoc votum non censetur de meliori bono. Oppositum tamen, tenet Sanchez, lib. 4. c. 8. num. 9. Et forte verius, idque talia vota emitentes, si contrahere velint, solent, & tenentur petere dispensationem a Pontifice; ut etiam prima sententia Authorum concedunt: signum est ergo, talia vota fuisse valida. Hucusque Trullench, qui, ut vidisti affirmatum sententiam tanquam probabilem admittit, sicut etiam nouissimè illam admittit Martinus de San Joseph in Monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 41. de matrimon. n. 6. sic afferserunt. [El que hizo voto de Castidad, ó de Religion, siendo cosa cierta, que le está mejor casarse por la experiencia, que tiene de sus caidas, y flaqueza en pecado de carne; ó presumiendo de si con consulta de hombre prudente, y docto, à qui en comunicó sus, caidas: que la Religion le ha de ser demasiado daño que proueche, es muy probable, que no le obligan estos votos, porque no son de mejorllo bono, para el que votó, y contra el consejo de S. Pablo, Corinth. 7. Quod si non se continent, nubant; melius est exim nubere quam viri: Y siendo así, no parece necesario pedir dispensacion a su Santidad; pues donde no ay voto, no ay dispensacion del.] Ita Martinus, qui tamen sententiam negatiuam Sanchez dicit esse communem; & illam etiam tenet Pontius de marri. lib. 6. cap. 12. num. 2. & Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 19. num. 9. quibus ego adhucero, stante prædicta tendi in his casibus semper dispensationem a Summo Pontifice; licet Martinus, ubi supra afferat, que esto procede de no acabar de ajustar, si el casarse con las malas inclinaciones, y caidas dichas, es mas vil: que ajustado bien esto: las razones en que se funda la primera sententia parece, que no admiten solucion. Ideo tu cogita.*

*2. Nota vero, quod post haec scripta innenio Leandrum sententiam Martinum non solum probabilem speculatiū, sed etiam prædictam existimare; sic enim asserta de Sacramenti. tom. 2. tract. 9. disp. 23. q. 3. Quia probable est, quod hic, & nunc est speculatiū probabile, sic etiam prædicta. At sic est, quod prædicta opinio afferens, vota Religionis, Castitatis, &c. facta ab eo, cui melius, & salubrissimum matrimonium, elle irrita, & invalida, est hic & nunc speculatiū probabile, & sat: (vt ingenuè fatetur Thomas Sanchez) ergo hinc & nunc talis opinio, etiam prædicta erit probabilis: ergo tuò amplecti potest ab eo, cui salubrissimum matrimonium, quam ob suam incontinentiam sunt vota Religionis, vel Castitatis, &c. ergo absque dispensatione poterit ille Matrimonium inire. Sic expressè tenuit Ioan. Sancius de hac re ab Amico, in causa occurrenti, consultus. Nec ex his opinione sequi possunt inconvenientia aliqua, malave, aut scandalum, que ex his aliis opinionibus, circa materiam grauissimam versantibus sequi non possunt. Possunt et-*

*Hoc in  
fr. ad me-  
dium huius  
§. & in aliis  
eius annot.*

enim ab omnibus, & tam ab aliis, quam ab ista oportet, si circumstantia requisite non obseruentur; in nimis vero, si tales seruentur circumstantia. Quantum in praeficiariis erit, si non cuiuscumque iudicio, quantumvis mortaliter certo relinquatur; an volunt omnibus consideratis, hinc & nunc sit expedientius, & salubrissimum Matrimonium; sed maturo iudicio p[ro]p[ter]e prudentis Confessarij. Ita Leandrus, qui prædictum tantum ab ipso adductum, poterat in sui favorem alios plures adducere, afferentes, opinionem ipsius, partulariū probabilem, esse prædictæ probabilem; & me citato, amicissimus Pater Fratriculus Lugo de Principiis Theologie moralis, par. 1. cap. 19. 4. num. 4. & Quintanaduenas in Theolog. mor. tom. 1. in Append. ad Tübilaum, tract. 1. dub. 6. vñ. n. 5. Magister Serra in par. 2. D. Thome, quæst. 19. artis. 6. dub. 4. fol. 166. & Spinola, Opus de Ele[ct]o. opinion. dispu. 3. fel. 1. art. 4. fol. 166. & me citato Joannes Henriquez in QQ. Prædictis fol. 1. q. 4. & me citato Narbona, in Annal. Iuris, q. 6. quæst. 2. numer. 14. Vide etiam: me citato, Escobar de Confessarij, Sollicitan. par. 2. q. 2. §. 2. num. 41. & me citato Aueras, de Sacram. quæst. 4. q. 3. & macerato, doctissimum Dicastillum de Sacram. tom. 1. tract. disp. 3. dub. 5. numer. 46. & 58. & me citato Machadum, tom. 2. in Discr. de Probabil. op[er]a, art. 4. §. 2. contraria quos tamen ego in part. 9. multa adduxi, in & nouissimè illos impugnar sapientissimus Pater Bartoli, de Conscient. discep. 4. capit. 8. numer. 7. & seqq.

3. Nota etiam hinc obiter dictum Leandrum obi[sta]ra, tract. 9. q. 2. docere, me citato, in casu magne necessitatis potest Episcopum dispensare in Voto Religionis, aut Castitatis perpetua. Et hanc sententiam nouissimè tenet etiam Garcias in Policia Regularium, tract. 4. part. 2. difficult. 1. dub. 6. num. 10. vbi sic art. 1. Puede el Obispo dispensar, quando ai necessitudine urgente, y peligro en la tardanza, y no se puede recurrir a el: lo vino, porque no es de creer que el Pontifice en estos casos, que esté referido el tal voto: y lo otro, que no es su intencion poner lago a las almas, ni deixar de acudir a sus necessidades, ni dejarlas sin remedio: y fino pudieren los Obispos hacer esto, todo lo dicho faltaria. Los exemplares, que pone Suarez son estos: tiene uno que ha hecho voto a hijos ilegitimos, queriendo legitimar en articulo mortis, en tal caso pude el Obispo no dispensar en el voto para que se case. Tiene una donzella hecho voto de castidad; quiere casarse, porque le aprietan las tentaciones, y teme que caerá muchas veces, que se infamará, y perderá la ocasión de casarse, en tal caso bien puede el Obispo dispensar en que se case. Finalmente, uno que hizo voto de castidad, y despues atropellando por el el caso, y despues se halla en gran peligro de pecar, porque no puede pedir el debito; en tal caso podrá dispensar el Obispo para que pueda pedir, pero no podrá absolutamente dispensar en el voto de castidad. En todos estos casos, porque al periculum in morte, & non patet aditus ad Papam, pude el Obispo. Delle calo ultimo trata Fagundez, el qual anade con muchos que no solo quando al peligro de incontinencia, & non patet aditus; sino tambien quando concurre otro graue peligro de escandalio, honra, vida, & como quando vino que tiene hecho voto, desfiera a una donzella, y fino se casa luego padecerá en la honra, ó vida. Ita ille: Addit. vero & bene Leandrus, vbi supra quæst. 12. Me etiam citato, hanc sententiam non esse extendendam ad Regulares, qui super possunt vi suorum Privilegiorum in tali casu diff. non habent facultatem dispensandi in voto ab sollemni castitatis, per se aut iure ordinario; sed ex benigno

De Voto, & Iurament. Ref. XXXIX. &c. 65

¶. Ref. solum voluntatis Pontificis referuantis interpretatione , ergo & multò longè probabilius erit , quod prefatis casibus nequeant Religiosi in dicto voto ab soluto castitatis dispensare . Patet consequentia , quia Religiosi solum possunt dispensare cum Sæcularibus in votis omnibus , in quibus iure ordinari potest in Episcopos . Ergo , &c. quicquid contraria me dixit Psl- qualius . Sed opinio , quam ego docui , est communis .

RESOL. XXXIX.

*An votum, seu iuramentum de non procurando, seu acceptando Episcoparum, vel non esse Senatorem, iudicem, Presidentem, &c. sit validum?*  
Idem dicendum est de aliis Praesulatis, & Officiis sine secularibus, sine regulariibus. Ex part. 6. tractat. 7. & Milc. 2. Ref. 27.

**S. 1.** **N**egatiuum sententiam docet Azorius *tom. 1.*  
*lib. 11. cap. 5. ques. 1.* *Gloss. in cap. vnic. verb.*  
*sacrosanctis, dift. 8. 5.* Roman. *singul. 507.* Angel. *verb.*  
*iuramentum 5. n. 3.* *Nauarr. in Manual. cap. 12. num. 16.*  
Barbos. *in t. alia §. eleganter, n. 28. ff.* *solut. maritim. &*  
*Sylvestr. verb iuramentum 4. n. 1.* Probatur hæc opinio,  
quia, qui Episcopatum desiderat, bonum opus desi-  
derat. Ergo illius suscepit bona est; ergo illius pri-  
uatio bona esse non potest. Et confirmo. Episcopatus  
status est perfectionis: ergo nequit se obligare ad illum  
non afflendum: quia tamen obligatus viam perfectio-  
ni precludere, & statum Ecclesie perfectissimum ful-  
gere: & forte ea de causa Gregorius magnus *cap. vnic.*  
*85. dift.* mandat inquireti de quodam Archidiaco Flo-  
rentino, qui ad Episcopatum fuerat electus, an iusfu-  
randum præbuerit nunquam se ad Episcopatum acce-  
dere. Non autem eam inquisitionem facere præcipiter:  
si tale iuramentum, seu votum honestum esset. Ergo  
dicendum est tale votum non valere.

2. Verum affirmativa sententia omnino adhaerendum esse puto quam tenet Suarez de Religione tom. 2. lib. 2. de iuramentis cap. 13. n. 1. & lib. 2. de votis cap. 11. num. 10. ¶ 1. Layman lib. 4. tract. 4. de votis cap. 2. n. 14. in fine. Trullench in Decalogum tom. 1. lib. 2. c. 2. dub. 5. num. 19. Caltrus Palus tom. 3. tract. 15. disp. 1. punt. 8. § 5. num. 7. Sanchez in summa tom. 1. lib. 4. cap. 8. n. 37. Mollesius in summa tom. 1. tract. 11. c. 1. n. 38. & alij communiter. Erratio est, quia non procurare, nec acceptare Episcopatum, quantum est ex parte sua spectat ad humiliatem, qua fe tanto munere indignum quispiam putat, ac honores, diutinaque refugit. Atque ita videns multos sanctos, vt Diuum Augustinum, Diuum Ambrosium, Diuum Gregorium (vt ex eorum vita constat) totis viribus resistiss, ne Episcopi crearentur. Quod minimè efficerentur, nisi id humiliatis opus Deo grauissimum esset. Ergo est materia voti. Insuper quia professi Societatis I E s v id votum emittunt iuxta eorum constitutiones, quas varij Pontifices approbarunt. Item quia illicitum est procurare Episcopatum, (vt defendit Dius Thomas communiter receptus 2. 2. quest. 18. art. 1.) ergo non procurare, quantum est ex parte sua, & obligatum respuerre est licitum, ac materia voti. Atque ita D. Thom. ead. 185. art. 2. ait licitum esse secundum propriam voluntatem recusare Episcopatum. Et quod dictum est de voto, vel iuramento non procurandi, vel acceptandi Episcopatum, dicendum est etiam de aliis Prelaturis, & officiis suis facultariis, sive regularibus. Et ideo ego olim consilii validum fuisse votum cuiusdam de non acceptando Iudicatum magna Curia Regni Sicilia: licet postea ex rationibus, & causis mihi bene visis illud in alia pia opera commutauerim.

Tom. VII F.

3. Restat modus respondere ad argumenta contraria. Et idem cum Castro Palao *ubi supra* admoto defiderat Episcopatum esse opus bonum ab eo, qui irreprobabilis est, & qualitates habet ab Apostolo *ad Timotheum 3.* & *ad Titum 1.* requiritas quas de se nemo debet praeflumere: ied esto sit opus bonum, & perfectum, est tamen periculosum, ac proinde confitulisti est civiliter particulari illum ex parte tua respuerere, quam appetere. Ad confirmationem dico Episcopatum statum esse perfectionis non quia ad perfectionem promovet, sed quia perfectionem in aliis supponit. Cuidatur autem nullus de se debeat praeflumere eam, per actionem habere, quae tanto statui conueniens, optime facit, si eum statum perfectissimum respuerat, ut pote illo indignus. Ad textum in cap. vnioco dico Gregorium inquisitionem fecisse, an ille Archidioecesis iuraverit ad Episcopatum non ascendere, non quia in tali iuramento peccatum commiserit, sed ut rideret, an fuerit conueniens sic iuramento obstatum ad Episcopatum promouere: an potius cum in sua humilitate relinqueret.

4. Vnde ex his omnibus appetet in nostro Capitulo generali anno 1611, recte fuisse a Patribus decretum tenoris sequentis firmatum. Qui Praepositus Generalis fuerit creatus, illud antequam ei obediencia praestetur, iurecurando se obstringat non ambiendi Ecclesiasticas dignitates extra Congregationem, nec per se, nec per alios, nec directe, nec indirecte, nec clam, nec palam: verum etiam illas ne vltro quidem oblatas nisi praeciptio Sanctissimi Se recepturn; idque, nedum tuto, sibi Generalatus tempore, sed etiam non nisi anno elapsio a sui iuris abdicatione. Sic ibi.

R E S O L . X L .

*An qui dubius est, an emiserit votum habens usum rationis, steneatur adimplere?*

*Idem est de iuramento.*

*Et an, quando quis certus est se emississe eum, v.g. castitatis; sed dubius an habuerit animosum? In aliis ordinibus*

*Et an dictum votum censetur reservatum Pontifici? Ex-*

**S. I.** **H**anc quæstionem petractat Turrianus in **Sup. hoc su-**  
**H**opscilis theologicis, opuscul. 10. disp. 1. dub. 2. pra. in Ref.  
et affirmatiuam sententiam tenet, quia, ait ipse, in  
dubiis tutor pars est eligenda, & hanc sententiam  
dicit doctri Suicaræ de Religion. tom. 2. lib. 4. cap. 6.  
num. 10 & Sanchez in *Summa* tom. 1. lib. 4. cap. 1. nu-  
mer. 13. quando dubium oritur ex liberationis defe-  
ctu, vt, v.g. quia factum fuit ex aliqua animi perver-  
tatione, ob aliquem metum mortis ex morbo, aut ob  
iracundiae calorem, quia in his casibus raro contingit  
defectus deliberationis requisita, & ideo ex communi-  
ter accidentibus præsumitur debitam deliberationem  
adsuisse.

2. Sed difficultas est quando defectus deliberationis oritur ex tenera votentis aetate: Turrianus *vbi supra* absolutè affirmat pro obligacione voti. Villalobos in *summam tom. 2. tract. 34. difficult. 7. numer. 3.* Faustus in *tract. Relig. lib. 1. quest. 26.* Maledictus in *2. 2. tract. 1o. cap. 1. dub. 5.* Sanchez *n. 14.* distinguit; si videntur septenim explicaverat tempore voti emissi, praesumendum est in eodubio vclus rationis, ac proinde obligabit votum, seu iuramentum; si autem non expleverat, praesumitur defectus vclus rationis, nisi de illo constet, ac proinde non obligabunt. Quid si dubium sit, an ex-<sup>sup.hoc figura-</sup> pleuerat, vel ne, credo in voti fauorem praesumendum, <sup>in s.</sup> Ita Sanchez.

3. Verum contrariam sententiam tenet Sotus de  
inst. lib. 6. queq. 3. art. 2 docim. 1. ver. sed est hic. Ludo-  
Eiusdem uicus